

Band I., Nr. 135, Seite 158

Abt Grimald samt den Brüdern und dem Vogte von St. Gallen verleiht die von dem Priester Hasuo zum Kloster gestifteten Güter im Argengau im Orte Langenargen unter genannten Bestimmungen an denselben zurück.

Wasserburg, 861. Oktober 3.

Christi adiuvante clementia complacuit mihi Grimaldo abbati, cum consensu fratrum, nec non et advocato nostro Podololto, ut res, quas Hasuo presbyter ad nostrum tradidit monasterium, ei per hanc precariam repraestaremus, quod et fecimus. Tradidit enim nobis praedictus presbyter unam hobam cum manu Chuniberti, in pago Argengavve, in loco qui dicitur Arguna. Eo videlicet pacto, ut ipse praefatam suam hobam omne tempus vitae suae possideat censumque inde annuum persolvat, id est, unum denarium. Et si praedictam hobam redemere voluerit, cum sex denariis redimat. Si autem ipse non redemerit, et eius obitus de hac vita contigerit redemptione non peracta, tunc praenominata hoba sine ulla contradictione redeat ad monasterium sancti Galli perpetualiter possidenda. Actum in Vvassorbuc, publice, presentibus istis quorum hic nomina notantur. Signum Grimaldi abbatis et advocati sui Podololti. signum Vvaltharii sacratarii. signum Ruodhai hospitarii. signum Engilrami portarii. signum Paldariti cellerarii. signa aliorum testium: Selbo, Engilbold, Vvisirich, Folcarath, Ruadinc, Liutpold, Rathelm, Theothold, Vvilhelm, Sigiheri, Feitir. Ego itaque Otine ad vicem Vvotonis scripsi et subscripsi. Notavi diem Veneris, V. nonas Octobres¹, anno XXIII. Hlodovvici regis, sub Vvodalricho comite.

Der Textabdruck erfolgt aus dem Codex traditiones, S. 272.

¹Das nächst passende Jahr, in welchem der 3. Oktober auf den Freitag fällt, ist das Jahr 861.

Überlieferung und Publikationen

Editionen:

Goldast: Rerum Alamannicarum scriptores, Bd. 3, S. 51. Neugart: Codex diplomaticus, Bd. 1, Nr. 404 (Auszug).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Wasserburg

Ortsindex:

Argengau
 Langenargen Wohnplatz (18010)
 Langenargen, FN
 St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz
 Wasserburg (Bodensee), LI